Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Et quia puritas in oratione requiritur ita quod orantis animi nullis cogitationum sordibus polluatur dicit

Si iniquitatem aspexi in corde meo ut complexem eam non exaudiret dominus quia talis oratio non est exaudictione digna

Propterea quia non aspexit iniquitatem in corde meo exaudiuit me et intendit voci deprecationis mee et misertus est mihi

Et quia sic audiuit me Benedictus dominus qui plenitudinem non amouit non repulit orationes meas a se precem autem semper iustorum patibus patent, nec amouit misericordias suas a me sed ampliora misericordie sue beneficia ab eo spero

Dñs 66 In quo psalm monet ad laudem dei et ad bene operandum

Deus misereatur nri extra

tes reducendo ad vitam rectam et benedicat nobis augendo in nobis bona spiritalia et ondat deus per claritatem filij sui qui est iustitia eius generis humano per incarnationem ut ab eo capiamus lucem quam nemo potest videre nisi qui claritate eius perfusus est et misereatur nri repetit quia quemadmodum illuminatio sine dei ima non potest fieri sic nec habita sine dei misericordia potest conseruari

Et ad hoc illuminet Ut cognoscamus in pnti vita vbi necessaria est cognitio, viam tuam .v. filiu tuu per quem peruenitur ad te in qua nemo errare potest nisi qui ab eius regulis deuiare presumit, cognoscamus dico eum omnium esse saluatorem

Et cum cognouerint te per fidem Confiteantur tibi populi sua accusando se de eis et ipsis peccatis delectis confiteantur tibi confessione laudis populi non pauci sed omnes